

oves ab hircis, maledicti à celi heredibus benedictis. A  
Matth. XXV.

USUS E VERSU XVII.

(1) Exauditio precum est certa, modo nos simus verè  
miseri, h. e. de meritis propriis penitus desperantes, propter  
peccata ex animo humiliati, solique divina gratia confisi.

(2) Corda nostra preparantur confirmanturque in  
bono à solo Deo: Philip. II, 12.

USUS E VERSU XVIII.

(1) Deus pupillorum exhaustorumque est pa-  
tronus iudexque benignissimus, ut eosdem tueatur, edu-  
cet, sustentet, promoveat, modò bi ipsismet quoque  
honorent, &c.

(2) Aliquando connivet Deus, sed non semper, quod  
hodìe licuit Pilato, non licebit cras aut perandè.

PSALMI XI. DISPOSITIO.

Falsi doctores. Jehova stat à parte piorum.  
Dei oculus vindex.

Fundamenti loco præmittitur I. fidei  
professio: speravi in Deo, non proprio  
vel ullo hominum robore, astutiâ &c.  
vers. 1. Sequitur

II. hostium accusatio, ob (1) proter-  
vam insultationem; fuge quasi avis ad montes  
nostros; vers. 1. (2) ob insidias exitiales;  
tendunt arcum &c. vers. 2. (3) ob funda-  
menta veritatis, honestatis felicitatisque  
destrueta: vers. 3. (4) ob justì debilitatio-  
nem: ibid.

Concludit III. divinum præconium, (1)  
à templi sanctitate, vers. 4. (2) à throni cœ-  
lestis majestate, ibid. (3) ab oculorum per-  
spicacitate sive omniscientia quosvis filios  
hominum explorante funditus: vers. 4. (4)  
à justitia examinis, dum exactè discernit sce-  
leratos, oditque ipsos animitus: vers. 5. (5)  
à pœnarum severitate: depluet laqueos, &c.  
(6) & denuò à Justitiæ divinæ integritate  
erga justitias & erga justos, h. e. tam erga opera,  
quàm personas operantes.

PSALMUS XI.

EXPLICATIO VERSUS I.

למנצח præcentori: de hac inscriptione vide  
Psalm. IV, 1.

דוד Davidis: scilicet est Psalmus hic, seu  
agnoscit eum autorem; sic enim מזמור suppleri  
potest ex Psalm. III, 1.

אני speravi & adhuc spero: actus conti-  
nuus & præsens per præterit. p. 26. Indicatur  
autem ejusmodi fiducia, quâ plenò corde de al-  
terius tum potentiâ, tum benevolentia certi su-  
mus, adeoque nos sub ejus protectione futuros  
inexpugnabiles certò credimus; vid. Psalm. V, 12.  
& Psalm. II, 12.

איך quomodo: admirantis est hoc, ut Prov.  
V, 12. Gen. XXXIX, 9. Thren. I, 1. Miratur itaque  
& h. l. David sermonem sive malevolorum sub-  
fannantium, sive potius tacitè sibi adhuc faventium  
amicorum atque comitum, qui nimiam  
Davidi pusillanimitatem injicere, fugamq; per-  
suadere conabantur, adhibitâ scilicet descriptio-  
ne hostis persequentiis instructissimi; v. 2. 3.

אנשׁי לנפשי anime meae: i. e. mihimet ipsi: nam  
per synec. anima pro totò homine sive Davide  
ponitur: ut Psalm. III, 2. Psalm. VII, 3. &c. Imò  
anima mea, tua, illius, ponitur plerumque pro  
pronomibus, ego, tu, ille; ut supra notatum.  
Sic de Dieu: anime mee, h. e. personæ mee, ut Pf.  
CV, 18. in ferrum venit anima, h. e. persona ejus.

נורו fuge: Maiora נירי sic & Chald. sed si  
retineamus נורו i. e. numerum pluralem, cum  
quò consonat etiam aff. plur. נורו, evadet inde  
sensus simplex hic: fuge vos (i. e. Tu ô David, ac  
vos socii ejus,) è monte vestro; (in quò scilicet ob  
metum Saulis jam latitatis, 1. Sam. XXIII, 13. seq.)  
vel, vagamini ac discurrite in montibus vestris, ne  
Saul vos persequens deprehendat. Michl. jophi  
pluralem refert ad corpus atque animam, per  
mortem expellenda, quomodo impii instar lapi-  
dum fundæ disjiciuntur, 1. Sam. XXV, 29. ita

namque in numerum impiorum Davidem refe-  
rebant hi compellantes. Sed commodius de  
Davide sociisque, (ut sola compelletur Davi-  
dis anima,) hæc dicta opinabimur, ita ut colle-  
ctio quædam subfit, æque ut Mich. I. II. עכרי לרכם  
transi vobis habitatrix Schaphir, h. e. ô incolæ urbis  
hujus transite; ubi itidem videmus miseri genus  
fæmininum in verbò cum masculinò pronomi-  
nis, nec non singularem verbi cum plurali prono-  
minis. Sic verbum נורו est (1) fugere Jer. L, 8.  
(2) vagabundè incertis sedibus errare, Gen. IV, 12.  
14. 1. Reg. XIV, 15. Campenl. sic reddit: quâ fronte  
ridere audebitis me, dicentes: fuge de monte in montem,  
sicut soles cum tuis &c.

נורו in, vel de montibus vestris: si enim  
verbum נורו exponas (fugite,) erit ellipsis lit. (נ)  
uti construitur Jer. L, 8. Atque sic ellipsin præ-  
fixi נ annotavit h. l. Michl. Jophi ex 2. Sam.  
XXIII, 24. Elchanan filius cognati ejus (נ) è Betle-  
hem: Jos. X, 13. donec ultionem accepisset gens נ  
pro נמאיהו de hostibus suis. Si verò accipias pro  
vagari, suppleendum erit (נ) ex Gen. IV, 12. Vulg.  
transmigræ in montem velut passer: de quò vide Calov.  
h. l. Varen: fuge, ô anima Davidis, fuge ô socii  
Davidis; mons vester (David, cui innitimini,) est  
avis errans. Verùm hoc minùs quadrat ad animam  
Davidis, cui hæc dicuntur: imò durum est, mon-  
tem vocari passerem, &c.

נורו quasi avis: ellips. (נ) quam supplet  
Chald. נורו ut & Syrus; cujusmodi exemplum  
vidimus Psalm. V, 10. adde Gen. XLIX, 9. 14. Deut.  
XX, 19. Prov. XIII, 12. Psalm. XXXIX, 6. item quæ  
Gatak. affert cinni p. 388. & Bochar. 1. 2. hieroz. fol.  
248. Si in vocativò acceperis, sensus erit; tu, ô  
passer, David, transmigræ &c. Sicut verò exulans  
similis est avi, è nido depulsa, Prov. XXVII, 8.  
ita & David, de sua patria depulsus, jubetur in-  
star trepidæ aviculæ hinc inde in montanis ob-  
errare, Saulisque insequentis robur nimium ex-  
timefcere, imò velocissimè fugâ sibi, volando ve-  
luti, prospicere. vide 1. Sam. XXVI, 19. 20. Præterea,